pondus emtas merces distrahit, Venalitiarius Revenditor dicitur in L. 207. ff. de V.S. ein gemeiner Kaufmann oder Krämer, so seine Waaren Stückweise mit der Elle, Maaß oder Gewicht ausmißet und verkaufet, quamvis quoad usum Juris Civici pleni inter ~~Cives~~ hos nulla differentia. Ceterum plenus Civis iterum vel Originarius, f. Nativus, f. Naturalis, vel Adscititius, f. Allectus.

Originarius est, qui Jure Nativitatis suæ Civis est, sive qui â Patre vel avo Cive natus, unde etiam Civis statim dicitur, quando nascitur L. 1. et 6. ff. ad Municipalem; tenetur tamen Jus Civicum exercere cupiens Juramentum Civium prævie præstare. Willkühr P. III. Cap. 2. art. 7. et 9.

Adscititius autem Civis est, qui cum alibi natus, adeoq forensis et advena sit, consensu et suffragio Magistratus Loci Jus Civitatis adeptus est, unde et voluntarius dicitur.

Minus plenus f. imperfectus Civis est, qui partiali tantum Jure Civitatis gaudet, welcher allein das kleine Bürgerrecht als ein Handwerker, Arbeits= und Verfahrender Mann genießet. Willkühr dict. Cap. 2. tit. 1 et 2. ibi: Wer es aber auch einen Kaufmann. Estq vel Inquilinus vel Extraneus.

Inquilinus est qui saltem uno aliquo pleno Civis Jure, non autem omnibus Juribus in Civitate uti potest.

Civis vero partialis extraneus sive Confœderatus est, qui Jus illius Civitatis habet, etiamsi ibidem non habitet. Sic Cives Thorunienses et Elbingenses antiquitus Jus aliquod Civitatis hic Gedani habuerunt, et Gedanenses pariter Jus quoddam Civitatis Thorunii et Elbingæ, et quidem Thorunienses et Elbingenses ita, ut libere hic merces quasvis ab extraneis et Civibus coemere, easdem hinc in Civitatem suam, vel aliò pro meliori suo commodo et emolumento devehere potuerunt, merces autem hic emtas

nulli